

JACOBI
PIGNATELLI
E CRYPTALEIS IN SALENTINIS
Sacrae Theologiae, ac J. U. Doctoris
NOVISSIMÆ
CONSULTATIONES
CANONICÆ.

PRÆCIPUAS CONTROVERSIAS, QUÆ AD FIDEM,

Eiusque Regulam spectant, in quibus Errores Atheorum, Infidelium, Schismatistarum, Hæreticorum, & aliorum Ecclesiæ Catholicæ hostium referuntur, & refelluntur; præsentimque illas quæ circa Sanctæ Inquisitionis Tribunal versantur, ubi de Inquisitoribus, eorumque Officialibus & Ministris, de Reis in quos jus & potestatem habent, deque Penis pro Casuum varietate illis infligendis, & quam plurima alia ad hoc Argumentum facientia, complecentes.

OPUS JURIS UTRIUSQUE CONSULTIS
non modo, verè etiam Theologis, immo & omnibus Fidem Christianam profertibus placit necessarium ac utile.

CUM DUPLICI INDICE, ALTERO CONSULTATIONUM
Singulis Tomis præfixo, altero Rerum Notabilium
in fine Posterioris Tomi apposito.

TOMUS PRIOR.

C del Collegio Reale
della Compa de Ihs
de Salam y en libreria.

Co iure Pm D.D. Emma-
nuelis de Samaniego Ar-
chegio Burgos.

VENETIIS, MDCCXXIII.

Apud Joannem Radici.
SUPERIORUM PERMISSU. AC PRIVILEGIIS.





BIBLIOPOLÆ AD LECTOREM PRÆFATIO.



*Uam grata & omnibus accepta fuerint que hactenus
in lucem prodiere Viri Clarissimi Jacobi Pigna-
telli Opera, satis superque testantur multoties ite-
ratæ eorum Editiones : Verum enim vero, quan-
tumvis doctæ ac perspicuæ fuerint ipsius Consulta-
tiones Canonicæ decem Tomis comprehensæ, non
omnes complectebantur Controversias & Casus quos Juris Cano-
nici mystam novisse juvat. Quam immensa sit eorum seges nemo
nescit. In hisce duobus, bujusdem Authoris Tomis Consultatio-
num, quas Novissimas appello, ideo quod sint ultimæ quas exar-
ravit, reperies plerasque omnes Quæstiones quæ ad Fidem ejus-
que Regulam spectant, in quibus Errorum, Infide-
lium, Schismaticorum, Hæreticorum, & aliorum Ecclesiæ Ca-
tholice Hostium referuntur & refelluntur, & illas præcipue
quæ circa S. Inquisitionis Tribunal versantur, ubi de Inqui-
sitoribus, eorumque Officialibus & Ministris, de Reis in quos
jus & potestatem habent, deque Pænis pro Casuum varietate
istis infligendis, & quamplurima alia ad hoc argumentum fa-
cientia, ut cuivis, Indicem Consultationum, in adversa pagi-
na consulenti, palam fiet. Hoc opus diu multumque à Juris Con-
sultis exoptatum, summoque studio à me exquisitum, hodie tibi
sisto diligentissime revisum, & huic meæ editioni, Indicem Re-
rum & Materiarum locupletissimum addo. Hoc utere & fruere,
& labori meo æquibonique consule, vale.*



D. JACOBI PIGNATELLI NOVISSIMARUM CONSULTATIONUM CANONICARUM Tomus Prior.

Patui D. Augustino 1. de Trinit. c. 3. qui, *Optandum esse, ait, ubi Hereses videntur, ut quicunque aliqua scribendi facultate predisti sunt, ii scribant omnes, et si non modo de rebus iisdem scripturi sunt, sed eadem etiam aliis verbis fortasse scripturi.*

DE FIDE, ET USQUE REGULA. CONSULTATIO I.

De Fidei Christiane Definitione; ac de ea Sellariorum novitus error. Et unde sit Fides?

IDES est virtus divinitatis infusa, cuius vi omnino assentitur iis, que à Deo tradita sunt, hoc est, Dei est donum, quo mens illustrata disponitur, ac inclinatur ad assentendum iis omnibus, que à Deo revelantur. Quemadmodum enim per naturale lumen intellectus homo de naturali veritate bene judicat, inclinaturque ad assentendum principiis per se notis, ita quoque mens per lumen fidei de credendis recte censer, inclinaturque ad assentendum rebus à Deo revelatis, ut explicitus Augustinus *Hamil. 32. inter Homil. 50. 10.*

Portò fides, licet etiam actum credendi significet, hinc men, ut habitus est, definitur, & qui den in intellectu resiliens, cuius actus est credere, seu assentiri, accedente voluntatis imperio. Nam per quamdam electionem voluntas intellectum, ex se ad utramque contradictionis partem indiferentem, moveret ad consentendum ei, quod Deus revelat. Siquidem cum obscurè à Deo credibilita revelentur, lumen fidei, quo intellectus à Deo perfunditur, non ita sufficienter ipsum convincit, ut assentiri debet, sed opus est voluntatis electione, que à Spiritu Sancto pia affectione mota intellectum captivet, elque Imperet, ne ab assensu rei creditibilis propter inevidentiam refugiat; juxta illud Apolloli 2. *Corinth. 10.* *Redigentes in captivitatem omnem intellectum in obsequium Christi.*

Hujus rei evidens exemplum in Abraham sicut, qui contra spem in spem credidit, nec consideravit corpus suum effecit mortuum, sed confortans eum fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quemque promisit Deus, potest eum facere. *Rom. 4.* Qno pertinet illud Apolloli, corde creditur ad iudicium. Quia intellectus pia voluntatis affectione moveretur ad consentendum. *Uode Joan. 12.* causa infidelitatis Iudeorum, inductioni cordis eorum adscribitur, in quem locum D. Augustinus 26. in *Joan.* ait, *Indeos non posuisse credere, quia nolentes, & Concilium Tridentinum Sess. 5. cap. 5.* Disponuntur homines ad justitiam, dum excitati divinazatio, fidem ex audienti concipientes libere in Deum meosuntur, credentes verasse, qua divinitatis revelata, & promissa sunt.

Consult. Noviss. Tom. I.

Hinc actus Fidei justificantis meritorius est, quia impetratus sit à pia voluntatis affectio. Deo enim gratum est, quod credendo se quis obediens Dei verbo exhibeat, ac remuneratore dignum, quod mens humilitate fere Deo subiecta, ejusque auctoritati cedat, plus ei tribuens, quam ipsa sapiat. *Unde Ambrosius in cap. 4. Epist. ad Roman.* *Credere, aut non credere, voluntaria est.* *Neque enim cogi quis potest ad id, quod manifestum non est, sed invitatur, quis non extorqueretur, sed inducatur.* *Quamobrem assentiens premiis afficiendus est, sicut & Abraham, quod non videt, credit.*

Ex quibus intelligitur, quam vanum sit hereticorum contumum, qui contendunt, actum fidei justificantis esse alium fiducie, que modus quidam est ipse in voluntate existentis, cum credere sit actus ab intellectu profluens, cuius objectum sit verum, & ad fidem pertineat, intelligere, cognoscere, scire, credere, assentiri. Quia omnia ad intellectum propriè spectant, juxta illud Apolloli, *Fidei intelligimus aptata esse seculari Hebr. 11. item Credis Abraham Deo, Genf. 15. & Rom. 4. promittenti scilicet ex sterili, ac sine uxore filium, ex cuius semine Christus nascetur, ac curiosus 2. Corin. 10. In captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Et aperte fidem à fiducia, siue confidendo, effectu distinguens, ait *Ephes. 3. In quo habemus fiduciam.* *& accessum in confidencia per fidem eius.* Neque vero necessarium est, omnem qui credit, etiam fiducia roborari, cum possit aliquis, non omnia sive desperare, quoniam fiducia, ex fide per dilectionem operante generatur.

Non estigitur Fides voluntatis fiducia, cuius functio est cum appetitu quadam propendere in tempi sperata, sed est habitas, seu facultas intellectus, qua certio ea credimus, que à Deo nobis revelantur. Nihil enim aliud est credere, teste Augustino *lib. de praedict. Sanc. cap. 2. lib. de Spir. & litter. cap. 30.* quād cum assensione cogitare, sive consentire, verum esse, quod dicitur. Unde commendatur Abraham, quia credidit Deo, & Joannes cap. 1. v. 4. ait: *Nolite omni spiritu credere.* Et in Evangelio cap. 11. *Omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in eternum.* *Credis hoc?* Ait illis *Utique, Domine, ego credidi, quia tu es Christus, filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.* Et *Joan. 14. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est.* Hæc ac similes veritates solo intellectu creduntur, non autem sperantur. Sperantur & fiducia de futuris sunt, non de praeteritis, & voluntatis sunt facultates, non autem actus intellectus, ad quem pertinet cognoscere, intelligere, cum assensione cogitare; quod est credere. Præterea credimus mala, & praeterita, quæ non speramus.

Ex quibus manifeste apparet, iure S. Concilium Tridentinum